

Dion. XXXIII 21 Pasithea, e Gratiis una eademque Bacchi filia, vultu tristi adit Venerem, quae conspicata eam continuo causam doloris interrogat. Tum Pasithea cum multis lacrimis deam implorat, ut patri a Furiis agitato si possit opem ferat. Vidisse enim sese Bacchas innumerabiles a Morrheo occisas, fugatum totum Satyrorum exercitum, ipsum Bacchum mente alienatum, denique omnia Iunonis ira patri adversa. Iam a versu 55 haec leguntur:

καὶ ῥοδέου σπινθήρα μεταλλάξασα προσώπου  
ἡθάδα δῖψε γέλωτα φιλομειδῆς Ἀφροδίτη,

i. e. atque commutato oris rosei rubore (cf. XLII 78) suum *abiecit* risum Venus lasciva, vel ut brevius loquar pallore infecta Venus ridere desiit. Namque id ipsum valet *δίπτειν*: cf. XXI 171 *δίψασα Διπτεός φθόνον εὐνής*, XXXV 252 *δίψας κλειμνίων σκιοσεδέα τέρσιν ὄνειρων*, XLIV 245 *βροτέην δὲ φρυγὴν καὶ ἐχέφρονα βουλὴν Δουμειέες δῖψαντες*, XLVIII 215 *πόθους δῖψασα θυέλλαις*, Γ 91 *δίψας ἡερίοισιν ἀπειθέα λύσσαν ἀήταις* et qui imprimis huc pertinent versus V 620 *Ἀηοῦς δῖψεν ἔρωτα*, IX 307 *Ἰωῦς δῖψεν ἔρωτα*. Apparet igitur non recte de his versibus disputasse Ludwichium, qui Symb. crit. p. 81 Venerem hic quoque ridere opinatus pro voce *δῖψε*, quae si sententia esset 'edidit risum', sane vel in Nonno esset inaudita, scribendum coniecit *πέμπει* collato versu XLI 205. Sed ibi et verba quae sunt *γαληναίω* δὲ *προσώπω* et quae inde a versu 207 sequuntur gaudere Venerem demonstrant, illic exterreri eam apertum est. De usu verbi *πέμπειν* cf. XXXIV 77 *οἴλας πέμπουσα*, XXXVIII 151 *μαρομαρυγὴν πέμπουσα*, XLI 202 *μύκημα νέον πέμπουσα γενεῖων*.

Ibidem XLVII 647 Bacchus Perseo haec minatur:

ἀλλὰ κατακτείνω σε, καὶ ἀνχέσσο Μνηκῆην  
ὄψεται ἀμηθέντι τὸν ἀμητῆρα Μεδοῦσης·  
ἢ σε περισφιγξας ἐνὶ λάρνακι μείζονι θῆσω  
πλωτὸν ἀκοντίζων σε τὸ δεύτερον ἡθάδι πόντω.

Vinctum igitur Perseum in arca maiore ponet, quam qua infans inclusus erat, ut iterum eum iaculetur in mare. At recte Koechlius 'expectes *μείων*, quoniam Perseus elevatur'. Accedit quod non *θήσω* traditur, sed *θήσω*. Quare Nonnum scripsisse putō:

ἢ σε περισφιγξας ἐνὶ λάρνακι μείζονι δεσμῶ  
πλωτὸν ἀκοντίζω σε τὸ δεύτερον ἡθάδι πόντω,

i. e. in arca te constrictum maiore vinculo iterum iaculabor in al-

tum. Ac primum de voce quae est δεσμῶ cf. V 584 ἀραχναίω τινὶ δεσμῶ Γυμνῆ γυμνὸν Ἄρηα περισφίγξας Ἀφροδίτη, XXIX 267 ἀμπελόεντι περισφίγξας πόδα δεσμῶ, XXXVII 26 περισφίγξαντες ἀρηροῦ δοῦρατα δεσμῶ. Deinde μείζονι δεσμῶ dictum est sicut II 345 μείζονι πυρσῶ, XV 291 μείζονι κέντρῳ. Denique ἀκοντιζῶ pro tempore est futuro non secus ac paullo supra κατακτείνω (v. Hermae XIV 414). Similiter corruptos esse versus XV 409 et qui sequuntur, quibus Hymni pastoris a Nicaea interempti mortem immaturam boves complorant.

ἄλλο λέπας δίζεσθε, βόες, μαστεύσατε, ταῦροι,  
 ξεῖνον ὄρος· ποθέων γὰρ ἐμὸς γλυκὺς ὤλετο βούτης  
 θηλυτέρῃ παλάμη δεδαιγμένος, εἰς τίνα λόχημην  
 ἴχνος ἄγων· σώζεσθε, νομαί, σώζεσθε, χαμεῦναι

cognoscimus e codice Laurentiano: qui cum ἄγω habeat sine littera ν, non est dubium, quin Nonnus scripserit (cf. XLVI 260):

θηλυτέρῃ παλάμη δεδαιγμένος· εἰς τίνα λόχημην  
 ἴχνος ἄγω; σώζεσθε, νομαί, σώζεσθε, χαμεῦναι.